

mus : Non melius res humanas habere posse quam habent , quum nec benedictione suis filiis desit Pater ille cœlestis : nec secus tractentur spurii quam est justum. Addam & aliud , nunquam æque tutus fuit Daniel, quam cum inter Leones medios sedit. Et nobis inter Basiliscos & Leones incedendum est, sed eo duce qui laxat & retrahit frenum ipsi Sathanæ. Addam coronidis loco (ne paradoxis nimium certare videar) & tertium, plus boni ex agone, plus mali ex longæ carnis pacis incommodis, ad nos rediturum, quam nunc intelligamus. Vive Christo cum tuis omnibus, & salvere jube in Christo Magnificum D. Parentem, tuam conjugem, tuum filiolum, cui precor ut virtute Dei excellat, ut nomine omen respondeat : Tuum νομικὸν Symmystam (b) D. Herdes. & ἱερατικὸν συναγωνιστὴν D. Durnhoferum. Heidelberga 9. Martii 1585.

EPISTOLA XLII.

S Inter bonos bene agier, Vir Clarissime.
S• Ego, vel hodie vel cras spero me intellecturum,

H 3

lecturum,

(b) easdem scil. tibias inflantes, alter in foro, alter in choro,